



**Rvperti Ab||batis Monasterii || Tvitiensis Ordinis S.
Benedicti The||ologi antiqui, Opera duo, ut egregia sanè,
ita diu desiderata, multoq[ue] || labore perquisita, ac
sumptu haud ita modico ...**

Rupert <von Deutz>

Colonia, M. D. XXVI.

VD16 R 3796

Quod p[ate]r & filius & sp[irit]us sanctus unu[m] sit principium, & q[uam]
ob causam magis de persona filij scire oportuerit, ip[su]m esse principium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71860](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71860)

minem solum, faciamus ei adiutorium similem sui. Illud isti simile est. Quod enim aliud habuit exemplar, ut taliter prius uirum, et deinde propter uirum, ac de uiro mulierem faceret, nisi uerbum suum filium suum, propter quem & pro quem omnia facta sunt; Denique quod fuit uni uiro mulier una, hoc est, & hoc futura erat uni filio dei, una omnium sanctorum angelorum atque electorum hominum ecclesia. ¶ Dissert tamen in facturis, sicut propositiones grammaticae, ita & ueritas intelligentiae. Nam & propter uirum & de uiro mulier facta est, ecclesia uero propter filium, sed non de filio: non (inquam) de ipsa diuina substantia creatura uilla creata est. Unde Apóstolus recte dixit, propter quem omnia, & pro quem omnia, & Euangelista: pro ipso (inquit) facta sunt omnia; Per hoc ergo simile ualet aliquatenus mente percipi, quam recte filius dei principium in initio creaturae nominatus sit: quia si uir caput, id est, principium mulieris recte dicitur, iccirco quia propter eum mulier facta est: multo magis sine dubio filium dei recte principium scriptura nuncupat, iccirco quia propter ipsum, & per ipsum omnia.

Ecclia non de Chro, sed ppter Chm. Heb. 2 Iohan. 1.

¶ Quod altius sonet hoc nomen principium, dictum Iudeis, quod si dixeris, set, filius dei sum, uel Christus ego sum.

Ca. IX.

Iohan. 8 Principiu, e no me magis p prium uerbo dei, q filius aut Dhrstus



¶ Vm igitur ab hoc testimonio capitis libri, principium se esse asserit, hoc modo respondens Iudeis: Principium sum qui & loquor uobis, sanctum ac uenerabile est, prope dere, quod & malignam illorum intentionem eludit, & ueritatem essentiae suae non solum non abscondit, immo altius depromit. Altius quippe sonat hoc nomen principium, quam si dixisset filius dei sum, uel Christus ego sum. Cui enim angelorum uel hominum, licet aut congruit ut uocetur principium (Incommunicabile est ulli creaturae hoc uocabulum. Qui dicere ausus fuit. Ego feci memetipsum. Hoc enim apud Ezechielem dixisse redarguit pro spiritu prophetico, quod idem est, ac si diceret, ego sum principium: propter hoc ipsum cecidit angelus, & factus est diabolus. ¶ Porro nomen hoc quod est filius, communicabile est, & ipse pueris suis concauit siue participauit, quia comunicauerunt carni eius & sanguini quem admodum & in Psalmo, spiritus sanctus longe ante praestatus est, ego dixi dii estis, & filii excelsum si oēs. Nec uero illud repugnat quod Apóstolus dicit, cui enim angelorum dixit aliquando filius meus es tu: subiungit enim, ego hodie genui te, quod totum nulli unquam alii dictum aut dictum est. ¶ Christus quoque comunicabile nomen est, uerbi gratia, cum ipse deus in Psalmo loquens de patribus Abraham, Isaac & Iacob: nolite (inquit) tangere Christos meos. Igitur & altius (ut iam dictum est) ueritatem essentiae suae deprompsit, dicendo principium, quam si diceret, filius dei uel Christus ego sum, & malignam intentionem illorum sic elusit, ut non possent eum accusare apud Romanum imperium quasi de assumptione regni nominis. Sic & in loco alio dum circūdates illum dicerent quousque animam nostram tollis, si tu es Christus dic nobis palam, non statim ascendit contra eos dicendo, Christus sum ego, sed quasi girando post eos, & aliqua locutus de se pastore & ouium uibus suis, quam uidelicet professionem, si de illa accusaret non multum curarent Romani, tandem dixit, ego & pater unum sumus: quod nimis longe est altius, quam si dixisset, ego sum Christus, quia (sicut iam dictum est) multi dicti sunt Christi, in tantum, ut Saul quoque reprobum, Dauid nominare non dubitauerit Christum domini.

Ezech. 29

Psalm. 87 Heb. 1.

Psalm. 104

Ioh. 10.

1. Reg. 24

¶ Quod pater & filius & spiritus sanctus unum sit principium, & quare ob eam magis de persona filii scire oportuerit, ipsum esse principium.

Ca. X.



¶ Persona filii pro posse hactenus dictum est, quam ob causam recte & rationabiliter principium debuerit nominari: nunc de persona patris, quod & ipse principium sit, non necesse est certis similiter demonstrare scripturarum testimonijs. Omnis enim concertatio prauitatis haereticae seu peruersae Iudaicae, non tam circa patris quam circa filii personam oberrare consuevit: qualium acerrimi fuerunt Arriani, qui non solum uerbis refragati sunt huic ueritati, quam tenet ecclesia dei de coaeternitate patris & filii, uerum etiam gladius eandem ueritatem persecuti sunt: uolentes quidem patrem increatum, filium autem creaturam, dici uel haberi. ¶ Quod si quis in initio euangelij secundum Iohannem, dum dicit: In principio erat uerbum, praem uelit intelligi pro principium, ut sit sensus, in praesente erat uerbum uim facit, nec locum relinquit sequenti sententiae, quae praemisso, in principio erat uerbum, statim subiungit, & uerbum erat apud deum. Quid enim operabitur, & uerbum erat apud deum, si idem intelligitur hoc dicto, in principio erat uerbum; Mellius ergo atque expeditius, in principio erat uerbum, sicut illi

Heretici & Iudei non praem sed filium negabant principium esse.

In principio erat uerbum

gimus

Simus, ac si dicat, ante secula erat uerbum dñs Chrus, qui homo apparuit in fine seculorū. Hęc em̄ intentio est illius sancti euangeliū defendere uel p̄stari, antiquitatē Christi filij dei, quod non ex Maria inītiū habuerit existendi, sicut tunc aiebant & cōcertare cōperant q̄dam hęretici, interim dū in Pathmos insula exulauit ille dilectus discipulus dñi, qui & p̄pter eandē causam nouissimus hoc euangeliū scripsit. Sic ergo (ut iam dictum est) intelligi congruit in principio erat uerbū, Chrus non ex Maria sumpsit existendi inītiū, sed deus erat ante secula, qui homo factus est in fine seculorū. ¶ Hęc iccirco dixerim, non qđ pater & principiū non sit, nam & hoc sup̄ius dixit quod & pater & filius & spiritus sanctus beata trinitas unū principiū est: sed quod p̄pter uel contra hęreticos magis p̄sonam filij, q̄ p̄sonam patris opus erat defendi testimonio scripturarū p̄ hoc nomen quod est principiū, qđ nō ipse factus uel creatus sit, imo p̄pter ipsum & p̄ ipsum oīa facta sunt, et in hoc fuerit intentio Moysi siue eius in quo ille scripsit digiti dei, dū in capite libri talē p̄mitteret sniam, in principio creauit deus cœlum et terram.

¶ De spiritu sancto uel processione spiritus sancti, quod tribus modis effecta sit, primo ad creādū oīa, quo dictū est, et spūs dei ferebatur sup̄ aquas: secūdo ut spūs libus donis ronalis et ornaretur creatura: tertio, ut in remissionē peccatorū daretur, quod ante Christi aduentū non fiebat. Ca. XI.

Nuenisti igit̄ o homo thesaur̄ hic, & thesaurus tuus exp̄ssa est sancta trinitas subsequēte p̄tinus hoc dicto. Et spūs dei ferebat̄ sup̄ aquas. Nam qui creauit deus ip̄e pater est: & principiū, in quo creauit, ip̄e filius est: & qui ferebat̄ sup̄ aquas spūs dei, ip̄e spūs sanctus est. ¶ De ista sanctę trinitatis p̄sona tertia, nō ab re illud querit̄, immo quęsitū & scitu dignū est, cur & hic & p̄ omnes fere ueteris instrumēti paginas uocet̄ spūs dei siue spūs dñi, in Euangelio aut̄ & ab ip̄o exordio Euangeliū scđm Lucā nomen est spūs sanctus, absq̄ relatione dei uel dñi. Sic em̄ esse aduerte re poteris, si mente uel sedula intentione p̄curras scripturas utriusq̄ testamēti, ueteris & noui. ¶ Hoc ergo si quęras, utilem cito solutionē inuenis, quia spūs eiusdem p̄cessio, quem p̄cedentem sancta Christi ecclesia nuncupat, autoritate ip̄ius dicentis. Cum uenerit paraclētus, quem ego mittam uobis spiritum ueritatis, qui à patre p̄cedit: eius (inquam) processio tribus effecta est modis, secundum scripturas ueritatis: Primo, ut in principio, de q̄ iam dictum est, crearentur omnia: secundo, ut spiritualibus donis humana exornaret̄ creatura, inter quę maximū est illud, quod locutus est p̄ Prophetas: tertio, ut in poenitentiam & remissionem peccatorum daretur, quod ante Christi aduentum non fiebat. His ante p̄spectis, patenter intelligis, quia ubi primo p̄cessit ad creandum omnia, sicut hic habes, & spiritus dei ferebatur sup̄ aquas, recte dictus est spiritus dei: quo nomine intelligitur sicut ait pater Augustinus, quod sit ip̄e bonitas dei: et enim quia bonus est (ait) deus, iccirco omnia creauit. Et ubi dona sua distribuit, ibi scribitur spiritus domini: Exempli gratia, ut illic, & recessit spiritus domini à Saul, & ferebatur in Dauid. Et ubi remissionem peccatorum cœpit operari, scilicet ab aduentu Christi filij dei, glorioso uocabulo spiritus sanctus cœpit nuncupari. Deniq̄ ante aduentum eiusdem filij dei, dabatur quidem in diuisionem gratiarum, sed non etiam in remissionē p̄ctōr̄. Vnde est illud: Nondū erat spiritus datus, quia IESVS nondum fuerat glorificatus. Quia ergo ip̄e est omnium peccatorum remissio, non stra est sanctificatio, pulchre ex ore nostro tali honoratur uocabulo spiritus sanctus, non quod sanctificatus, immo quod sanctificans sit siue sanctificator, & ipsa sanctificatio. Verum de huiusmodi suo loco plenius dicendum erit, nunc ordinem seruaturi redeamus ad caput.

¶ Cum & pater sit spiritus, & filius spiritus, quam ob causam hoc ip̄m substantiale nomen, scilicet spiritus, huic vni personę sepius in scripturis sanctis assignetur. Ca. XII.

Vamuis hic solam hanc personam spiritum nuncupauerit scriptura dicendo, & spiritus dei ferebatur super aquas: nihilominus tamen & ip̄e deus, cuius hic spiritus p̄dicatur: & ipsum principium, id est, filius, in quo deus creauit cœlum & terram, spiritus est: & non tres spiritus, sed unus, sicut nō tres dii, sed unus deus.

A A Vnde

Quęstio de spū sancto.

Solutio.

Processio spiritus sancti triplex.

Gene. j

j. Reg. 10.

Iohan. 7.